



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 112. Qorumdam Principum & Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII.  
A. C. 1640.

§. CXII.

*Quorundam Principum & Illustrium obitus.*

Præter varias calamitates, quibus Imperator iniquissimo hoc tempore *Brachel. Hist. temp. lib. 6.* iactabatur, intimo doloris sensu percepit mortem Philippi Augusti Filii sui; luctum tamen Cæsaris temperabat alter Filius Leopoldus Ignatius Josephus, quem Augusta Imperatrix anno sequenti Viennæ felici puerperio enixa est. Eodem ferme tempore obiit Antonius Wolfartus primo Abbas Cremifanensis, postea Viennensis Archiepiscopus, Vir doctrina, rerumque usu longe celeberrimus. qui itidem Abbatiam pluribus dynastiis auxerat. Pari fato Joannes Philippus Dux Saxo - Altenburgicus Friderici Guilielmi Saxonæ Ducis Filius nulla mascula prole relicta, vivis ereptus est.

§. CXIII.

*Sueci per Leopoldum Austriae Archiducem ex Bohemia ejecti.*

Nullum non movebat lapidem Ferdinandus III. Imperator, ut Bannarium Suecici exercitus Ducem oblati *Jæger. Hist. Eccl. l. 10. cap. 1. Barre hist. d' Allemagn. con- t. 9. p. 722.* duobus Silesiæ Ducatibus ad pacis *Hist. Eccles. Tom. LX.* A a